Lateinische Uebersetzung

des

1., 2. und 3. Stasimon aus Sophokles' Antigone in den

Versmaßen des Originals,

nebst lateinischen Anmerkungen.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ΣΤΑΣΙΜΟΝ ΠΡΩΤΟΝ

χορός.

(πεντὰς ἐπωδική)

στροφή, ἀντιστροφὴ ά.

verss. 332 — 354.

1. ⏑ – ⏑⏑ – , ⏑ – ⏑ –
2. ⏑ – – , ⏑ – ⏑⏑ – , ⏑ –
3. ⏑ – ⏑̄ , ⏑ – ⏑⏑ – , ⏑ – } glyconei.
4. ⏑ – – , ⏑ – ⏑⏑ – , ⏑ –
5. ⏑ – – ⏑ , ⏑ – ⏑⏑ – –
6. ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – iamb. dimetr. brachycat.
7. ⏑ ⏑ – ⏑ – , ⏑ ⏑ – ⏑ – – iamb. dimetr. hypercat.
8. ⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ dactyl. tetram. acatal.
9. ⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ – – dactyl. pentam. catal.
10. ⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏑̆ – ithyphall. epodus.

vv. 1. et 2. sicut verss. 101 et 102 uniti, ut fere dimetrum efficiant.

v. 5. glyconicus, nisi males pherecrateum vocare, respondentem eum formae glycon. ⏑̄ , – ⏑ ⏑̄ , – ⏑⏑ – , ⏑̄ – , certe similiter cadit.

vv. 8. 9. 10. sociati et uno tenore recitandi. — v. 9. Hephaestionis versus Simmieus, ut Aesch. Eumenid. 348. 349., cuius catalexis spond. quasi basis vers. seq. haberi queat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

στροφή, ἀντιστροφὴ β'.
verss. 355 — 375.

1.	⏑̄ , ´ vv — vv —	dactyl. trimet. in syllab. cum anacrusi bis.
2.	v , ´ vv — vv —	
3.	⏑⏑̄ ´ vv — vv — , v ´ —	anapaest. logaoed.
4.	v ´ v — , ´ v —	iambica dipod. cum cretico bis.
5.	v ´ v — , ´ v —	
6.	´ v͡vv	creticus.
7.	vv͡vv — , v ´ v — , v — v	iambic. trimet. catal.
8.	— ´ v —	iambic. monomet.
9.	´ v — v , ´ v — v , ´ v — v , ´ v —	trochaic. tetram. catal.
10.	´ v — —	trochaic. monomet.

vv. 1. et 2. uniti. Similiter etiam apud Pind. Pyth. XII. 1., prima etiam in altero longa; sine anacrusi in priore ibid. vers. 2. et Nem. XI. 3. 11. — Logaoedicum penthenimeres dactyl. excipere, von crediderim Wundero.

στροφὴ ά.

1. Πολλὰ τὰ δεινά, κοὐδὲν ἀν-
2. θρώπου δεινότερον πέλει.
3. τοῦτο καὶ πολιοῦ πέραν
4. πόντου χειμερίῳ νότῳ
5. χωρεῖ, περιβρυχίοισιν
6. περῶν ὑπ' οἴδμασιν·
7. θεῶν τε τὰν ὑπερτάταν, Γᾶν
8. ἄφθιτον ἀκαμάταν ἀποτρύεται,
9. ἰλλομένων ἀρότρων ἔτος εἰς ἔτος, ἱππεί-
10. ῳ γένει πολεύων.

ἀντιςροφὴ ά.

1. κουφονόων τε φῦλον ὀρ-
2. νίθων ἀμφιβαλὼν ἄγει
3. καὶ θηρῶν ἀγρίων ἔθνη
4. πόντου τ' εἰναλίαν φύσιν
5. σπείραισι δικτυοκλώστοις,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

v. 3. Oed. Col. v. 1244. alibi. — *vv. 4. 5.* Oed. Col. 536. 543. alibi. — *vv. 6. 7.* sociati. — *vv. 8. 9. 10.* arcte cohaerentes; sed *v. 9.* nescio an rectius secetur, ut prior pars versus evadat troch. dimet. catal., altera iambic. dimet. acatal., quemadmodum inverso quidem ordine leguntur in stasimi secundi stropha et antistr. I., v. 4 et 5. —

ἐ π ῳ δ ό ς.

(σύστημα ἀναπαιστικόν.)

verss. 376 — 383.

1.	— ⏑ ⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ —	anapaest. dimet. acat.
2.	⏑⏑ ⏑ — — — ⏑⏑ — —	
3.	— ⏑ ⏑ — — — — ⏑⏑ —	
4.	— ⏑ ⏑ — —	monom. acat. (παρατέλευτον.)
5.	— ⏑ ⏑ — — ⏑⏑ — ⏑⏑ —	ut 1 — 3.
6.	⏑⏑ ⏑ — — ⏑⏑ — — —	
7.	— ⏑⏑ ⏑ — — ⏑⏑ — ⏑⏑ —	
8.	⏑⏑ ⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑	anapaest. dimet. catal. (ἐφδημιμερές, παροιμιακόν.)

Stropha I.

1. Prodigiosa multa, homo
2. Cunctis prodigiosius.
3. Hoc et aequora per maris
4. Nimboso vehitur noto
5. Canentis et sale circum
6. Strepente turgido:
7. Deûmque te, suprema Tellus
8. Morte carens neque fracta laboribus
9. Ulla per aeva, rotante fatigat aratro
10. Vorsam equis quotannis.

Antistropha I.

1. Perlevium nec alitum
2. Gentem non rapit ambiens,
3. Non feras sibi bestias
4. Pontique aequoreum genus,
5. Nodosa retia tendens,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

περιφραδὴς ἀνήρ·
κρατεῖ δὲ μηχαναῖς ἀγραύλου
θηρὸς ὀρεσσιβάτα, λασιαύχενά θ'
ἵππον, ὃν ἔξεται ἀμφίλοφον ζυγόν, οὔρει-
όν τ' ἀκμῆτα ταῦρον.

στροφὴ β'.

καὶ φθέγμα καὶ ἀνεμόεν
φρόνημα καὶ ἀστυνόμους
ὀργὰς ἐδιδάξατο καὶ δυσαύλων
πάγων ἐναίθρια καὶ
δύσομβρα φεύγειν βέλη.
παντοπόρος
ἄπορος ἐπ' οὐδὲν ἔρχεται τὸ μέλλον·
Ἅιδα μόνον
φεῦξιν οὐκ ἐπάξεται, νόσων δ' ἀμηχάνων φυγὰς
ξυμπέφρασται.

ἀντιστροφὴ β'.

σόφον τι τὸ μηχανόεν
τέχνας ὑπὲρ ἐλπίδ' ἔχων
ποτὲ μὲν κακόν, ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλὸν ἕρπει,
νόμους παρείρων χθονὸς
θεῶν τ' ἔνορκον δίκαν.
ὑψίπολις
ἄπολις, ὅτῳ τὸ μὴ καλὸν ξύνεστι,
τόλμας χάριν.
μήτ' ἐμοὶ παρέστιος γένοιτο μήτ' ἴσον φρονῶν,
ὃς τάδ' ἔρδει.

ἐπῳδός.

ἐς δαιμόνιον τέρας ἀμφινοῶ
τόδε, πῶς εἰδὼς ἀντιλογήσω
τήνδ' οὐκ εἶναι παῖδ' Ἀντιγόνην.
ὦ δύστηνος
καὶ δοστήνου πατρὸς Οἰδιπόδα,
τί ποτ'; οὐ δήπου σέ γ' ἀπιστοῦσαν
τοῖς βασιλείοισιν ἄγουσι νόμοις
καὶ ἐν ἀφροσύνῃ καθελόντες;

6. Homo sagacior.
7. Domat dolis ferasque agrestes,
8. Montivagas et equum sibi, quem iuga
9. Colla prementia sint habitura, iubatum
10. Ferreumque taurum.

Strophа II.

1. Atque eloquium didicit,
2. Vias is et aërias
3. Mentis, quibus oppida curet artes,
4. Et imbrium tela sub
5. Jove et pruinae fugit
6. Pergravia.
7. Sollers, iners adit nihil futura:
8. Ditis tamen
9. Non fugam parabit, ast inexplicabilis fugát
10. Arte morbos.

Antistrophа II.

1. Hac praeditus ingenii
2. Fidem super artificis
3. Sollertiâ adit modo quod malum, — nunc
4. Bonum —, leges inserens,
5. Deûm sacratumque fas.
6. Summo abeat
7. Honori honor, probrum ut viris adhaeret,
8. Audaciam
9. Propter, et focis procul siet sodalitateque, haec
10. Cui patrantur.

Epodos.

1. En monstra Deûm! stupet, haeret mens,
2. Quid ego contra quam scio dicam,
3. Quin isthaec sit virgo Antigone.
4. Infelix heu,
5. Atque infelice sata Oedipoda!
6. Quid tandem? ecquidnam te regiis
7. Jussis non morigeram ducunt,
8. Prensamque amenter agentem?

BREVES NOTAE.

Stroph. I. v. 1. 2. Πολλὰ τά. Wunderus auctore Nevio πολλά τε. At omnes libri τὰ exhibent, nec male, ut illi visum est, sed optime. Nam licet ita τε-καὶ voculis poëta uti potuerit, uti etiam τε-τε (Iliad. β' 298 αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε (et tamen) νέεσθαι.) et καὶ-καί, (Oed. Reg. v. 413 σὺ καὶ δέδορκας, κοὐ βλέπεις) tamen h. l. usus sit nec necesse est et laxior foret ab arctiore iunctione et minus gravis sententia haec: „Quum multa sint admirabilia et stupenda, tum homo omnium maxime admirabile", quam quae ex abrupto genere dicendi fit: „Rerum admirabilium sunt multae, s. est multitudo, atque (i. e. et tamen, quod iure mirabere) homo omnium maxime admirabilis". Scilicet sic utuntur Graeci καὶ particula, ubi adiiciuntur, quae cito, subito, necopinato praeterque exspectationem fiunt, quae propria, mira et vix credibilia sunt vel habentur. Similiter Romani atque, ut Cic. Mur. 34. 71. „Ipsi non dicere pro nobis, non spondere, non vocare domum suam possint: atque (i. e. et tamen) haec a nobis petunt omnia". In interpretato omisi atque, quum asyndeton eandem vim habere videretur. Confr. v. 601. — In usu definiendo a temporali erit ordiendum, ac pertinet huc primo loco illud genus dicendi, de quo Matthiae. in Grammat. p. 1257. 1. a. exponit, ut Antig. v. 1187. καὶ τυγχάνωγε κλῇθρα-χαλῶσα, καί- (et subito), ubi quod ad sententiam ipsam per se spectatam attinet, non minus recte τε-καί, quod Herm. falso edidit, diceretur, ut Herodot. IV. 135. νὺξ τε ἐγένετο, καί- (ibid. 181. 199). — Sic Aristoph. Av. 1600 ed. Beck. τὸ σκῆπτον ἀποδοῦναι, καὶ διαλλαττώμεδα. — Oed. Reg. v. 718., Anabas. VII. 4. 12. (vid. Krüg. ad h. l.). — Haud raro ex oppositis adversativa evadit particulae potestas; sic saepe καὶ νῦν, ut Antig. v. 1165 καὶ νῦν (et tamen nunc, quod haud exspectaverit quisquam) ἀφεῖται πάντα. ibid. v. 7. Trach. 1013. — Non aliter καὶ post ἤδη, ut Thacyd. I. 50 ἤδη δὲ ἦν ὀψέ, καὶ οἱ Κορίνθιοι ἐξαπίνης-ἐκρούοντο, III. 18., Philoct. 354. (Ita saepissime etiam τε-καί, ut Anabas. I. 8. 7; vid. Krüger.); post οὔπω, ὅσον οὔπω, ut Eurip. Bacch. 1030 cfr. Senec. Phoeniss. I. 245 videram nondum diem, et iam timebar; (pro quo Homer. ὅτε i. e. ἡνίκα Jliad. κ' 540 οὔπω εἴρητο πᾶν ἔπος, ὅτε-) post ἄρτι, μικροῦ, ut Cyropaed. I. 4. 8. καὶ μικροῦ, κἀκεῖνον ἐξετραχήλισεν; (τε-καί Cyrop. I. 6. 22. ἄρτι τε ἐξηπατηκὼς εἴης ἄν, καὶ ὀλίγῳ ὕστερον-) persaepe post ἅμα, ut Isocr. Paneg. p. 73. c. ἅμα διαλλάττονται, καὶ τῆς ἔχθρας ἐπιλανθάνονται. Demosth. de Coron. p. 236. §. 32. Eurip. Bacch. v. 1035. (τε-καὶ non minus saepe, ut Cyrop. III. 3. 32. VII. 1. 26.), quocum potest contendi, quod nemo, quod sciam, notavit ὁμοίως καί, ut Alcest. v. 71 δράσεις θ'ὁμοίως ταῦτ', ἀπεχθήσει τ'ἐμοί, quasi ὡς δράσεις, ὡς ἀπεχθήσει, s. ἅμ' ἔργον ἀπὸ σοῦ, ἅμ' ἔχθος ἀπ' ἐμοῦ. (τε-καὶ Thucyd. I. 70. μόνοι γὰρ ἴχουσί τε ὁμοίως καὶ ἐλπίζουσι promiscue, s. iuxta, perinde habentque sperantque i. e. non est fere quod differat inter habere et sperare, est unum fere idemque, sie fallen zusammen. — Thucyd. II. 44. καὶ ὧν ἐνευδαιμονῆσαί τε ὁ βίος ὁμοίως καὶ ἐντελευτῆσαι ξυνεμετρήθη.). -- Ab hoc tamquam principio usus iam latius patet et possunt huc referri cumque nostro loco conferri Oedip. Reg. 60. Trach. 1072, etiam Antig. 726, Eurip. Helen. 1147. σὺ Διὸς ἔφυς, ὦ Ἑλένα. — καὶ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἰαχὴ σὴ ἄδικος —, Plat. Lach. p. 194. Ἤκουσας, ὦ Λάχης; — Ἔγωγε, καὶ οὐ σφόδραγε μανθάνω, ὃ λέγει. In his omnibus simul copulae est vis adversativa.

Convertenti hos versus obversabatur animo Claud. dictum: „Est mihi prodigium cunctis immanius hydris". — Ultima syllaba versus 2. brevis quidem, sed sine dubio admittenda, quum is ea terminetur. Comparativus verbi prodigiosus insolentior, sed, credo, excusandus.

v. 3. τοῦτο hoc sc. maxime omnium prodigiosum, haec natura m. o. prodigiosa, et est quasi τὸ πέλωρ ex verbo πέλει cogitandum, quamquam non supplendum. Seidlerus iubet comparari Theocriti (XV. 83) dictum: σοφόν τι χρῆμ' ὤνθρωπος. Ceterum videatur Herm. et locis ab hoc exhibitis addatur Plat. Republ. II. p. 373. c. ἔτι καὶ συβωτῶν προσδεησόμεθα, τοῦτο γάρ — et Antholog. III. 27. — Neutrum retinendum esse videbatur, ut legibus linguae latin. non repugnans. Aliquanto melius sermone patrio versus, quibus animi causa ceteros adiicio, expresseris, immutata vers. 2 glycon. forma, sic:

Wunder in Menge! Wunderbar
Mehr denn alle Weſen der Menſch.
Dieß — auch über die dunkle Flut
Hinzieht's trotz der Orkane Wuth,
Rings brauſ't ſich thürmend die Woge:
Er wandelt ſeine Bahn;
Und dich, o Göttin Erde, höchſte,
Ewige, nimmer ermattende, müdet er
Ab und es kreiſ't ihm der Pflug und er furcht mit des Roſſes
Zucht von Jahr zu Jahr dich.

In masculinum transivi, ut in Graec. post τοῦτο est περῶν et πολεύων. Porro dixi dieß auch (v. 3), nam Hermannus καὶ etiam interpretandum esse arbitratur, ita tamen ut aeque ad terram ut ad more referatur. Vereor tamen, ut recte; nam vel sic oratio tamquam ad leviora decresceret. Quod ne fiat, videtur hoc καὶ ad illud, quod est in principio strophae II, referendum. Duo enim sunt expositionis partes primariae, ac primum quidem dicit poëta, hominis ratione et sollertia quasi totam naturam regi, subiecisse sibi illum mare terramque, sulcare mare, sulcare terram; dominari eundem etiam ceteris animantibus, quae sunt per aëra, per terram, per mare, nec modo potiri eis, sed etiam domare (κρατεῖ δέ) didicisse ea, quorum usum habeat. Singuli huius partis loci sunt per τε particulam connexi. Iam sequitur altera pars, cuius membra per καὶ partic. cohaerent. — Consonantiam vocum proximarum in π litera, quam alliterationem hodie nominant, πολιοῦ πέραν πόντου et περιβρύχ. περῶν ὑ-π'οὐδμασι, minime fortuitam, verbis latinis assequi nescivi. Saepissime apud poëtas, praesertim in π litera invenitur, ut Electr. 210, ποίνιμα πάθεα παθεῖν πόροι, Agamemn. 820. προπέμπει πίονας πλούτου πνοάς. Aias 1197. πόνοι πρόγονοι πόνων., Oed. Col. 613., Choeph. 86. παρὰ φίλης φίλῳ φέρειν. Ne in Alcest. quidem versu 148 casu dictum πράσσειν τὰ πρόσφορα. — Similis est epanastropha,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cuius exemplum habes antistr. I. v. 10 in verbis ἀκμῆτα ταῦρον rei aptissimum, frequentata ea iam Homero, ut: ἦλθε θεῶν, ἔνθα θάλασσα, Σαμία μία ναῦς. —

v. 6. ὕπ' οἴδμασιν scripsi cum Hermanno, Boeckhio, aliis, sed minus accurate explicat ille: inter alluentes undas, vertit hic: zwiſchen den Wogen. Est potius quasi ὑποπερῶν, ὑποπλέων οἴδμασιν s. οἴδματα. Nimirum sententia est: Homo vehi per mare scit, nec metuit aestuosissimum saevissima tempestate, et quamvis navicula non supra fluctus sed subter natet, fluctibus et voraginibus submergatur, obrutaque teneatur, tamen eius dirigendae peritus quum sit, subterfugit vim fluctuum et quibus contegitur, non opprimitur. Ita fere Ellendt. et Wunder. Similiter legitur praepositio cum accus. in Oed. Reg. v. 476. φοιτᾷ γὰρ ὑπ' ἀγρίαν ὕλαν per silvam contegentem et occultantem, uti docent verba, quae sequuntur: ἀνά τ' ἄντρα καὶ πέτρας. — Scriptura ἐπ' videtur orta ex Homerico περόωσι πουλὺν ἐφ' ὑγρήν, ἐπὶ μέγα λαῖτμα θαλάσσης. Odyss. δ' 709, ε 174. 175. et πολιὴν περόωσι θάλασσαν. — Ceterum apte comparabuntur Jliad. libr. ό. vv. 381 — 383.

v. 7. Apostropham, quam vocant, sese offerentem interpretanti, non sprevi, quum sententia haud mutaretur et poëtae graeci ipsi ea sic utantur. Vide verba Hom. Jliad. ύ v. 152. — Vers. 8 morte carens est Horatii, deae aptissimum epitheton; aptius etiam videbitur, si memineris, mori dici etiam res quae extabescunt et quorum vis minuitur. Sic: mors memoriae, moriuntur lacerti, alia.

v. 9. ἰλλομένων retinui, non sequutus Boeckhium, qui εἱλομένων dedit. Illud enim Scholiasta agnoscit, commendat diversa scriptura παλλομένων et τειλλομένων, atque sonus gratior post ἀποτρύεται, et accomodatior per se, imitans is rotarum currus imi lapsum, stabilitur denique vers. 509, ubi in omnibus libris ὑπίλλουσι legitur. — De verbo ipso exposuit Buttm. in lexilogo, sed vereor ne non omnia recte. Equidem de eius origine et prima significatione aliter statuerim. Videtur enim forma deminutiva esse, ut ex verbis κωτίλλω, (v. 82) δενδίλλω, ποικίλλω, ναυτίλλομαι facile quis coniecturam faciat. Nempe a stirpe ἔ̔ω, ἴ̔ω fit accrescente semivocali λ ἔ̔λω s. Fέλω (ἐέλσαι Jliad. φ' 295) et ea duplicata, forma deminutiva s. intensiva ἔ̔λλω et ἴ̔λλω ac propter digamma etiam εἴ̔λλω, item εἴ̔λω, simplici ob diphthongum λ litera. Sic a γάω fit γένω, γεννάω; a κίω, ex ἴ̔ω, ἔ̔ω, (cio, ceveo) — κέλω, κέλλω (cello), κίλλω (cillo), quod superest in κίλλουρος, motacilla, et ἔγκιλλος, cauda, et πέλω, πέλλω (pello), πάλλω (καταπέλτης et καταπάλτης) et βέλω, βάλλω; a βδέω — βδέλεσθαι (Hesych.), βδέλλω, βδύλλω; a τέλω, τελέω — τέλλω; a στάω — στέλλω, a θάω — θάλλω (Etym. M. 441. 34), a βύω — βύλλω, a ψάω — ψάλλω. Ad ἔ̔λω pertinent formae ἐλάω, ἐλαύνω, ἐλίττω, ἐλίσσω, ἐλελίζω al.; ad ἔ̔λλω, ἴ̔λλω, εἴ̔λλω s. εἴ̔λω formae γέλλαι, γελλίξαι (Hes. τῖλαι, συνειλῆσαι) quocum et τίλλειν et κίλλειν, κέλλειν s. πέλλειν (vid. supr.) cognata, quum digamma obdurerit, porro ἐλλίζων (Hes.), εἰλέω, εἰλάω, εἰλύω, εἰλινδέω, ἀείλλειν, αἰόλλειν, ἰάλλειν al. Manifestum est Fέλω cognatum esse cum latino ver-to (cfr. μέλος, cura et μέριμνα, μέλος, membrum et μέρος) et nostro wenden. Fελλω, ἴ̔λλω autem est latinum vello (unde et vellus et villus; cfr. ver-ro) et volvo. Sine v litera dig. habes in adulari i. e. adullari, quod

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

auctore Nonio, ut σαίνειν (a σέω ex ἴ̈ω), proprie de cauda dicitur et canum ceventium est, quasi προσίλλειν. Significatio verbi Fέλω quum causativa sit rad. ἴ̈ω, est: facio ut quid moveatur, ex quo et verto et agito et ferio; forma intensiva, ut solet, iterationis significationem habet, ut sit Fέλλω, ἴλλω, εἴ̈λλω: multum et cito verso, huc illuc, ultro citroque, vel in orbem, in gyrum agito s. verso, inde volvo, vello (evolvo), torqueo, vincio, glomero, roto, coarcto, item ceveo, cillo e. c., et possunt nostra: wenden, winden et binden, (ἰλλάς, vinculum) wickeln, wedeln, wälzen, alia comparari. Nicandri illud σκολιὴν ἀτραπὸν ἴλλων videtur esse sinuans et torquens, Euripidis: οὐρὰν ὑπίλλειν aut idem quod ὑποσαίνειν aut subtorquere. Quo modo et quod v. 509 legitur σοὶ δὲ ὑπίλλουσι στόμα Hemsterh. interpretatus est praeeunte Eustathio: tibi subvolvunt os i. e. subiiciunt. Debebat saltem adulantes addere, quum notio subiiciendi in praepositione ipsa et sola insit, ἴλλειν autem suam habeat potestatem, quae possit esse adulandi, ut σαίνειν et cevere (Pers. I. 87) et ἀείλλειν (Θωπεύειν, αἰκάλλειν Etym. M.) docent, id quod Boeckhius expressit, interpretatus recte, ut videtur: nach dir ſchmiegen ſie den Mund, non recte Hermannus: ſie reden dir nach dem Munde; nam certissimum est significari, viros non loqui, sed tacere (v. 505 λέγοιτ' ἄν, εἰ μὴ γλῶσσαν ἐγκλείσοι φόβος coll. v. 507). Sed nescio an sit verbi ἴλλειν non torquendi h. l. sed vinciendi potestas, ut sententia verborum sit: ὑπὸ φόβου σοι ὑπακούοντες ἴλλουσι τὸ στόμα i. q. v. 505 φόβος σου ἐγκλείει γλῶσσαν, vor dir legen ſie dem Munde Feſſeln an, claudunt os. Quod ut arbitrer, moveor illo apud Lysiam: ὅστις δὲ ἀπίλλῃ τῇ θύρᾳ, ἔνδον τοῦ κλέπτου ὄντος, et eo quod apud Aeschylum Agam. v. 36 legitur: τὰ δ' ἄλλα σιγῶ, βοῦς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβηκεν, quod Sophocl. Oed. Col. v. 1052 expressit: κλῃὶς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακεν. Potest Ovidii ora vincire et Catulli palatum obserare conferri. Sed ad nostrum locum revertor. In verbis ἰλλομένων ἀρότρων respondet illud fere Homerico περιπλομένων (ἐνιαυτῶν), quod, ni fallor, Sophoclis animo obversatum est. Nimirum vertitur aratrum aeque atque annus ipse (ἄροτος annus Trach. 69). Sic ἴλλεται γῆ περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον τεταμένον (Plat.). Itaque tu verte: etiam atque etiam vertentibus, volventibus s. rotantibus aratris. Ἔτος εἰς ἔτος etiam ad πολεύων pertinet, cuius verbi mascul. optime a Sommero defenditur Allgem. Schulz. p. 773. 1831. —

Antistr. I. v. 1. κουφονόων. Aliter v. 617. Dubito, sintne leves aviculae an vagae et fugaces intelligendae i. e. quae hac sunt mente, sive hunc sensum (νοῦν) habent, ut alium mox alium locum petant ideoque non facile capiantur. Possit tamen etiam, ni fallor, securas (d. arglosen) significare, quum celeritatis notio, ut in avibus, certe non sit necessaria. Alacrium (d. munteren) quominus interpretarer, certa quaedam me impediverunt.

v. 2. ἀμφιβαλὼν ἄγει cfr. Eurip. Hel. v. 312 φόβος γὰρ ἐς τὸ δῶμα περιβαλὼν μ' ἄγει. — In verbo priore cogitatione ad ἀμφίβληστρον, ἀμφιβολὴ, ἀμφιβολεὺς al. ferimur, in altero venit in mentem illius ἄγειν καὶ φέρειν, nam ἄγειν est pro praeda abducere. cfr. v. 202 et Il. ι. 590. — v. 4. Aequoreum genus est Virgilii. —

v. 6. Eustathii ἀριφραδὴς non est admittendum, ut docuit Nevius. Sed quod Boeckhius περιφραδὴς propter alliterationem verbi strophae περῶν praetulit, non magis vanum videtur quam

quod in stropha II. ἠνεμόεν propter μηχανόεν, quod est in antistropha, exhibuit. Recte de hac re Ellendt. statuit, quem vid. sub. v. ἀνεμόεις. Atque quis non videt, ibi respondere potius verba καὶ ἀνεμόεν verbis καὶ ἀστυνόμους, ut verbum φθέγμα verbo φρόνημα, consonantia? —

v. 9. Scripsi ὃν ἕξεται et, nisi me omnia fallunt, veram scripturam restitui. Pron. ὃν facile in praecedente verbo ἵππον evanuit absorptum, ἕξεται primo Laurentiano et Cod. Par. F confirmatur. In accusativo ἵππον post genitivum nemo, credo, haerebit, neque in pronomine ὃν cum futuro iuncto, quippe quo significetur fere ὅπως ἕχηται, ut Thucyd. III. 16 ὕστερον δὲ ναυτικὸν παρεσκεύαζον, ὅ,τι πέμψουσιν εἰς Λεσβόν i. e. ὅ,τι ἤμελλον πέμψαι s. ὅπως πέμψωσιν, et Oedip. Reg. v. 171 ᾧ τις ἀλέξεται. — Quod Brunckius scripserat: ὑπάξεται, licet verbis Homeri Iliad. π' 148 Αὐτομέδων ὕπαγε ζυγὸν ὠκέας ἵππους et έ 731 ὑπὸ δὲ ζυγὸν ἦγαγεν Ἥρη ἵππους ὠκύποδας quodammodo commendaretur, nemini placuit et profecto futurum aorist. vix tolerabile. Sed fortasse cuipiam praeferendum videbitur ὃν ἄξεται ἀμφίλοχον ζυγὸν pro εἰς, ὑπὸ ἀμφ. ζ.; mihi non item, nec dubitavi equidem ἀμφίλοχον scribere, quum liceret ὃν ἕξεται ἄμφι λόφον ζυγὸν (i. q. ὅπως τὸν αὐτοῦ λόφον ἀμπίσχηται) verbaque, quemadmodum erant sine dubio Scholio praefixa: ἀμφὶ λόφον ζιγόν, (vid. Herm.) id adeo invitarent. Nam quod verbo ἀμπίσχειν s. ἀμπίσχεσθαι exprimeretur, id ipsum praepositione ἀμφὶ adiectivi ἀμφίλοχον (i. e. λόχον ἀμπίσχον) continetur, verbo ἕξεται autem, cum a praepos. ἀμφί separatur, nova sententia accedit. — Ceterum crediderim, scripturam ἄξεται corruptam quidem esse ex voce ἕξεται, manasse tamen ex verbis Homeri, quae exhibui, tamquam fonte suo.

v. 10. ἀκμῆτα unice verum, non modo quod prima in vocabulo ἀδμὴς nunquam corripitur, sed etiam quod sententia tantum non flagitat. Nam ἀκμὴς taurus sub iugo est, qui quamvis etiam atque etiam depresso aratro ingemat (Virg. Georg. I. 45), tamen non fatigatur; deque hoc agitur. Ἀδμὴς autem nomine diceret poëta, hominem domare taurum indomitum, quod sive δυςδάμαστον sive adhuc indomitum sive ferum omnino significat, verbis superioribus ἀγραύλου, ἀρεσσιβάτα iam expressum est.

Stroph. II. v. 1. 2. φθέγμα καὶ ἀνεμόεν φρόνημα. Illud eloquium est, nam: „eloquium est humanae pronuntiationis expressa significatio, facilem mentibus exhibens intellectum.“ Diomed., item eloquentia. Hoc, inquit, homo semet ipse docuit. — „Hoc enim uno praestamus vel maxime feris, quod colloqui inter nos et quod exprimere dicendo sensa possumus. — Et quae vis alia potuit aut dispersos homines unum in locum congregare, aut a fera agrestique vita ad hunc humanum cultum civilemque deducere?“ Cic. de Orat. I. 8. 32. — Altero vix dubitari potest, quin poëta significaverit philosophiam, sive sapientiam et prudentiam nominabis, σοφίαν et φρόνησιν; „in illa enim continetur deorum et hominum communitas et societas inter ipsos; haec est rerum expetendarum et fugiendarum scientia.“ (Cic. Off. I. 43. cfr. Tusc. Disp. V. 24. 68). — „Quid non modo nos, sed omnino vita hominum sine te (philosophia) esse potuisset? Tu urbes peperisti, tu dissipatos homines in societatem vitae convocasti: tu eos inter se primo domiciliis, deinde coniugiis, tum literarum et vocum communione iunxisti: tu inventrix legum, tu magistra morum et disciplinae fuisti.“ Tusc. Disput. V. 2. 5. — In verbo φρόνημα

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inest altioris et generosioris spiritus notio, diversi ab illo, quum homo ferae similis pascua peragrabat. Sic saepe significat non modo sentiendi et cogitandi rationem ut v. 207, sed generosiorem illam et in altioribus versantem (Demosth. de Cor. p. 246. §. 63), et h. l eius tamquam disciplinam (ἐδιδάξατο). Iam si reputaveris, Graeco homini φρονεῖν et πνεῖν, ἀῆναι videri simillima, adeo ut ἴσα πνεῖν et ἴσα φρονεῖν, συμφρονεῖν et συμπνεῖν (Demosth. de Cor. p. 284. 17) ἄλλοτ' ἄλλα πνέων (Pind. Nem. III. 72) et ἀ. ἀ. φρονῶν nihil ferme differat, porro ἀνεμόεν, ut ἀέριον, non raro significare sublime et excelsum, μετέωρον, non miraberis, quod poëta hoc epitheto usus est. Facultatem cogitabis hominis excultioris sublimem non modo, sed sublimia cogitandi, τοῦ ὑψηλὰ πνεῖν (cuius contrarium apud Pindar. Pyth. XI. 46 χαμηλὰ πνέων). — Qui de celeritate cogitandi vel consilii intellexerunt, Homeri dictum illud Jl. ὁ v. 80 — 83 ὅταν νόος ἀνέρος ἀΐξῃ c., coll. Odyss. ἡ 36, adhibere possunt, nos scholiastam sequimur. Sententia, quam Boeckhius sub voce ἀνεμ. subiecit, argutior quam verior est.

v. 3. Ὀργάς, animi impetus et appetitus, qui etiam bestiarum sunt; additum ἀστυνόμους, ut declararet mentis animos, studia et artes, quae in civitatibus constituendis et moderandis versantur, studia et artes civiles, rei publicae disciplinam. De voce ἀστυν. vid. Dissen ad Pind. Nem. IX. 75. et cfr. Aschyl. Perss. 853. πολισσονόμου βιοτᾶς.

v. 4. 5. ἐναίθρια pro eo quod libri praebent manco metro, αἴθρια, scripsi; ἐν praeposit. enim videbatur in ultima verbi praecedentis πάγων latere; h. e. ἐν αἰθρίᾳ, sub Jove frigido, frigida; bene, praegresso nomine δυσαύλων. Cfr. Xenoph. Anab. IV. 4. 14. ὑπὸ τῆς αἰθρίας δίκην ἐδίδοσαν, κακῶς σκηνοῦντες. — De producta in cretico paenultima vid. Steph. in thes. s. v. αἰθρία et cfr. Boeckhius, qui ὑπαίθρεια scripsit. Quod iungunt αἴθρια s. ὑπαίθ. πάγων, durissimum est; tu iunge ἐναίθρ. cum seq. βέλη. Etiam frigoris sunt sicut ignis βέλη, nam et ignis et frigus καίει. Opponuntur autem quodammodo frigida glaciei et pruinae tela telis saevorum imbrium, illa de coelo sereno, haec de atro et contristato ingruentia, quasi δυσαίθρια ὄμβρου β. Eurip. Heracl. 852. Cfr. Jliad. μ' 286 κῆλα Διός. — Ὄμβρος etiam χιόνος, ibid. v. 286, χαλάζης Oedip. Reg. v. 1279. (ὀμβρία χάλαζα Oed. Col. v. 1502). — Interpretata paululum a verbis graecis recedunt, integra tamen sententia.

v. 6. παντοπόρος quomodo cum verbis proxime praecedentibus coniungi possit apte et convenienter, tametsi ad omnia superiora referri apertum est, equidem non intelligo. Vid. Boeckh. Similiter Demosth. de Coron. p. 228. §. 11. κακοήθης δὲ ὤν, τοῦτο παντελῶς εὐήθες ᾠήθης. Latinum sollers videbatur respondere graeco, quum et idem fere declaret, quod graece παντοπόρος et eius notatio (ex sollus i. e. totus) similis sit. — Scripseram primo: „sollers, iners adit nihil — quod est futurum, at necis non fugam parabit"; post: „s. i. a. n. futura, solum necis", c. q. s. r.; nunc scribo, ceteris antegressis: Ditis tamen, fateor tamen, sic nihil i. e. nulla in re, non perinde placere, et tamen (μόνον) levius videri. — In verbo fugat vers. seq. ultimam produxi; sic apud Ovidium solēt, apud Iuven. nescīt. Vitari potuit, si scripsissem: „ast inexplicabilem luem — pellit arte"; sed nolui. —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Antistr. II. v. 3. Egregie hunc et sequentes versus explanavit Boeckhius. Comparetur praeter dictum Theognidis, sive quis alius dixit, quod exstat apud Xenophontem Memor. Socr. I. 2. 21. Αὐτὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς τοτὲ s. ποτὲ μὲν κακός, ἄλλοτε δ' ἐσθλός, etiam Homeri Iliad. ω v. 530 Ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὄγε κύρεται, ἄλλοτε δ'ἐσθλῷ, quamquam diversa sententia. In verbis ποτὲ μὲν κακὸν s. ἐπὶ κακὸν ἕρπει res summa vertitur, et cogitatione supplendum videtur ex vers. 621 δόξαν ἐσθλὸν εἶναι (ἄγοντος θεοῦ φρένας πρὸς ἄταν). Hac incredibili, inquit, prudentia et quamvis illa instructus, tamen nonnumquam i. e. haud raro, persaepe, accedit ad malum, quod visum sibi sit bonum esse. Secundarium est ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλόν, et omissa δὲ particula, fere parentheticum. Sic crediderim, non sine caussa poëtam dixisse ποτὲ μὲν, non item ποτὲ δέ, sed ἄλλοτε, quum non paria inter se copulentur. Respondet autem ποτὲ adverbium illi, quod legitur v. 621 et vim habet peculiarem, aeque atque τινὲς idem saepe declarat graece quod aliqui latine, h. e. multi. Igitur valent verba: cum alio tempore ad bonum tum alio etiam (idque frequenter) ad malum accedit. Non aliter se res habet in illo Theognidis dicto, nam probus vir plerumque bonus et non numquam malus est; contra in Homeri. Cfr. etiam Iliad. ρ 177 et 178, ubi verba ὁτὲ δ'αὐτὸς ἐποτρύνει μαχέσασθαι similiter quasi per transennam animo praetereunt.

v. 4. παρείρων. Gl. ὁ φυλάσσων, confusis, credo, verbis εἴρειν et ἐρύειν, εἰρύειν. Veram verbi potestatem primus indicavit Hermannus. Dubitari non potest, quin εἴρειν sit latinum serere, cognatumque cum verbo εἴλειν et πλέκειν (i. e. πελλέκειν ex Fέλλειν, γέλλειν, κέλλειν s. πέλλειν) ut supra exposui. Sic πλέκειν et εἴρειν, συνειλεῖν στεφάνους dicunt. Itaque παρείρειν non ferme diversum erit a verbo παραπλέκειν, significabit autem aut aliena quae sunt inserere, immiscere, einſchieben, unterſchieben, i. q. παρεμπλέκειν, παρενείρειν (sic παρενείρειν ἑαυτὸν εἰς πάντα, inserere, immiscere se, sive admisceri ad omnia, et παραπλοκή; παρεισβάλλειν Suid., cfr. παρεισάγειν, lat.: insititius, -ivus), et ita fere praetexere, aut secus quam fieri debet, serere, (ut saepe praepos. παρὰ nostrae ver — respondet) παραστρέφειν, παρατρέπειν, detorquere et depravare, verdrehen vel ut placuit Boeckhio: verwickeln, verwirren, implicare (cfr. ἐμπλέκειν, περιπλέκειν), atque inde conturbare s. violare. Equidem „inserens" verti, prius illud sequutus, et velim conferatur Liv. XXVII. 23.: Adeo minimis etiam rebus prava religio inserit Deos. —

v. 5—8. ὑψίπολις ἄπολις apposite, uti stroph. vers. 6, ut quadrandae orationis industria appareat. Dictum est sicut illud πόλις ἄπολις, πόλις ἰσοπολῖτις, ac τὸ καλὸν οὐ καλόν (Eurip. Orest. v. 807) et similia. Ἄπολις i. e. ἄνευ πολιτείας, ἄτιμος, nisi forte etiam h. l. patria exul. Quodsi suppletur ἐστίν, (ut Oed. Col. 208 ἀπόπτολις sc. εἰμί) significatio erit: civitate indignus; sed licet, participio γενόμενος suppleto, haec coniungere cum verbo γένοιτο, ita quidem ut omnia in unum enuntiatum coalescant. Malo tamen ob alios locos simillimos, separatim adiunctos, separare, ut plerumque fit, verba μήτ' ἐμοὶ et quae sunt reliqua, ab hisce atque supplere: εἴη s. γένοιτο (velut Eurip. Med. 643 μὴ δῆτ' ἄπολις γενοίμαν). Tales sunt Soph. Electr. 239. 240. μήτ' εἴην ἔντιμος τούτοις, μήτ' εἴ τῳ πρόσκειμαι χρητῷ, ξυνναίοιμ' εὔκηλος.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Aesch. VII. c. Theb. 187. μήτ' ἐν κακοῖσι, μήτ' ἐν εὐεστοῖ φίλῃ ξύνοικος εἶην τῷ γυναικείῳ γένει.— Iste, inquit, vita probrosus, opertus infamia sit (Tacit. Ann. III. 69). — Cfr. Jl. ώ. 532. — Ὅτῳ τὸ μὴ καλὸν ξύνεστι. — τὸ μὴ καλὸν ut Electr. 1086. (cfr. Antig. 728),τὸ κακόν (v. 3), ad quod accessit, quodque nunc una cum eo esse cumque eo habitare eive adhaerere dicitur. Ex quo ipse, cum illud adhaereat et efficiat eum τολμῶντα, — „μὴ γένοιτ'ἐμοὶ παρέστιος." — τόλμας χάριν. Referendum hoc ad νόμους χθονὸς et δίκην θεῶν, quasi διὰ τὸ τολμᾶν τὰ μὴ δίκαια ἢ τὰ μὴ ὅσια, quorum altero Antigona, altero Creon respicitur. τολμᾶν ut Eurip. Orest. v. 815. οὐ τολμᾷς ὅσια. — Cfr. etiam Aesch. VII. c. Theb. 671 ἦ δῆτ' ἂν εἴη πανδίκως ψευδώνυμος Δίκη, ξυνοῦσα φωτὶ παντόλμῳ φρένας, et Soph. fragm. Creus. I. 1. (322 D.) ὅστις δὲ τόλμῃ πρὸς τὸ δεινὸν ἔρχεται.

v. 9. 10. μήτ' ἴσον φρονῶν. Axtius ad Spurinnam p. 47 coniecit φρονοῖμ', ingeniose quidem, sed praeter necessitatem. — φρονεῖν de consilio, ut tam saepe apud Homer. (Jliad. ζ 79. μάχεσθαί τε φρονέειν τε). „Neve pari mecum consilio, consiliorum meorum particeps, par, sodalis fiat", quod potest et ad vitam publicam spectare, neve mearum partium f. (sic φρονεῖν τά τινος alicuius partes sequi, ut Demosth. adv. Philipp. III. p. 115. §. 18.) et ad privatam. — Possit tamen etiam paulo aliter explicari: neve mecum consentiat, conspiret, ὁμόφρων, ὁμονοῶν, συμπνέων h. e. συνήθης, φίλος fiat. — Sic Philect. v. 458. τούτους ἐγὼ τοὺς ἄνδρας οὐ στέρξω ποτέ. Eurip. Med. v. 657. ἐμοὶ μὲν φίλος οὔποτ' ἔσται, praecedentibus verbis: ὅλοιθ', ὅτῳ πάρεστι μὴ φίλους τιμᾶν. Ceterum nihil impedio, quominus ἴσον ἐμοὶ pariter atque ego intelligas; solet tamen ἴσον φρονῶν comprehendi atque ita ad pron. ἐμοὶ referri.

ΣΤΑΣΙΜΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Χορός.

(πεντὰς ἐπῳδική.)

στροφή, ἀντιστροφὴ ά.

verss. 583 — 603.

1. — ⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — , ⏑ — ⏑ — — Anapaest. logaoed.
2. — ⏑ — ⏑ , — ⏑⏑ — ⏑⏑ — — dactyl. trimet. catal. in dissyll., praeced. epitrito II.
3. — ⏑ — — , — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ dactyl. logaoed., praeced. epitrit. II.
4. ⏑ — ⏑ — , ⏑ — ⏑ — iamb. dimet. acat.
5. — ⏑ — ⏑ , — ⏑ — troch. dimet. catal.
6. — ⏑ ⏑ ⏑⏑ , ⏑ ⏑ ⏑ ⏑⏑ , ⏑ — ⏑ — iamb. trimet. acatal.
7. ⏑ — — — , ⏑ — ⏑ — — antisp. et iamb. penthem.
8. — ⏑ — ⏑ , — ⏑ — troch. dimet. catal.
9. ⏑ — ⏑ — , ⏑ — ⏑ — , ⏑ — ⏑ — iamb. trimet. catal.

v. 3. Similiter atque hexameter heroic. cadit. — *vv. 4. 5.* cfr. ad Stas. I. stroph et antistr. II. v. 9 quae notavimus. — *v. 7.* Ischiorrh. hypercat.. Oed. Col. v. 1084. 1095. — Tr.: *ἀντισπαστικὸν Σαπφικὸν δίμετρ. ὑπερκατάλ.* — *v. 8. ἐφθημιμερὲς Εὐριπίδειον.* Tr. — Ceterum *vv. 1. 2. 3.* cognati inter se, ut *vv. 4. 5. 6.* cum. *vv. 7. 8. 9.*, et *vv. 8.* et *9.* arcte cohaerent. (Horat. Carm. II. 18). — *v. 8.* idem qui *v. 5.* —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

στροφή, ἀντιστροφὴ β'.

verss. 604 — 625.

1. $\bar{v}\ \acute{—}\ ,\ \acute{—}\ vv\ —\ v\ —$ glyconeus.
2. $\acute{—}\ \bar{v}\ ,\ \acute{—}\ vv\ —\ v\ —\ —$ idem hypercatal.
3. $—\ ,\ \acute{—}\ vv\ —\ ,\ \acute{—}\ vv\ —\ ,\ v\ \acute{—}\ —$ choriamb. trimet. catal. c. anacrusi.
4. $\acute{—}\ vv\ —\ ,\ v\ \acute{—}\ —$ choriamb. dimeter catal.
5. $\acute{—}\ vv\ —\ ,\ \acute{—}\ vv\ —\ ,\ v\ \acute{—}$ choriamb. trimet. brachyc.
6. $\acute{—}\ vv\ —\ ,\ v\ \acute{—}\ —$ choriamb. dimet. catal. bis.
7. $\acute{—}\ vv\ —\ ,\ v\ \acute{—}\ —$
8. $vv\ \acute{—}\ v\ —\ v\ —\ —$ anacreont.
9. $—\ ,\ \acute{—}\ vv\ —\ ,\ v\ —$ choriamb. dimet. brachycat. c. anacr.
10. $\widehat{\acute{v}v}\ v\ —\ v\ —\ —$ trochaic. dimet. brachycat.
11. $—\ ,\ \acute{—}\ vv\ —\ ,\ \acute{—}\ vv\ —\ ,\ v\ \acute{—}\ —$ choriamb. trimet. catal. c. anacr.

vv. 1. et 2. uniti. — *v. 4. 6. 7.* vulgo pro logaoed. habent; in *v. 5.* iambus claudens fere basis est versus sequentis ut continuentur alter alterum apprehendens. Cohaeret et *v. 7.* — *v. 8.* Anacreont. anaclom.. Phil. 703. 4. al. — *v. 9.* non dubitavimus sic numerare, qui ex choriambo, iambo et anacrus. constet et glyconeum cum anacr. efficiat. — *v. 10.* Boeckhius: $v\widehat{\acute{v}v}\ \acute{—}\ v\ —\ —$ haud concinne. — *v. 11.* idem atque tertius.

ἐπῳδός.

(σύστημα ἀναπαιστικόν.)

verss. 626 — 630.

1. $vv\ \acute{—}\ —\ —\ —\ —\ —\ —$ anapaest. dimetr. acat.
2. $vv\ \acute{—}\ —\ —\ —\ —\ vv\ —$
3. $—\ \acute{—}\ vv\ —$ anap. monom. acat.
4. $—\ \acute{v}v\ —\ —\ vv\ —\ vv\ —$ qualis 1. 2.
5. $vv\ \acute{—}\ vv\ —\ vv\ —\ —$ Paroemiacus.

στροφὴ ά.

1. Εὐδαίμονες, οἷσι κακῶν ἄγευστος αἰών.
2. οἷς γὰρ ἂν σεισθῇ θεόθεν δόμος, ἄτας
3. οὐδὲν ἐλλείπει γενεᾶς ἐπὶ πλῆθος ἕρπον·
4. ὁμοῖον ὥστε ποντίαις
5. οἴδμα δυςπνόοις ὅταν
6. Θρῄσσῃσιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς,
7. κυλίνδει βυσσόθεν κελαινὰν
8. ϑῖνα καὶ δυςάνεμον,
9. στόνῳ βρέμουσι δ' ἀντιπλῆγες ἀκταί.

ἀντιστροφὴ ά.

1. ἀρχαῖα τὰ Λαβδακιδᾶν οἴκων ὁρῶμαι
2. πήματα φθιτῶν ἐπὶ πήμασι πιπτοντ',
3. οὐδ' ἀπαλλάσσει γενεὰν γένος, ἀλλ' ἐρείπει
4. θεῶν τις, οὐδ' ἔχει λύσιν.
5. νῦν γὰρ ἐσχάτας ὑπὲρ
6. ῥίζας ἐτέτατο φάος ἐν Οἰδίπου δόμοις·
7. κατ' αὖ νιν φοινία θεῶν τῶν
8. νερτέρων ἀμᾷ κόνις,
9. λόγου τ' ἄνοια καὶ φρενῶν Ἐρινύς.

στροφὴ β'.

1. τεάν, Ζεῦ, δύνασιν τίς ἀν-
2. δρῶν ὑπερβασία κατάσχοι;
3. τὰν οὔθ' ὕπνος αἱρεῖ ποθ' ὁ παντογήρως,
4. ἀκάματοί τε θεῶν οὐ
5. μῆνες· ἀγήρως δὲ χρόνῳ δυνά-
6. στας κατέχεις Ὀλύμπου
7. μαρμαρόεσσαν αἴγλαν
8. τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον
9. καὶ τὸ πρίν. ἐπαρκέσει
10. νόμος ὅδ' οὐδέν, ἕρπειν
11. θνατῶν βιοτᾷ πάμπολις ἐκτὸς ἄτας.

ἀντιστροφὴ β'.

1. ἁ γὰρ δὴ πολύπλαγκτος ἐλ-
2. πὶς πολλοῖς μὲν ὄνασις ἀνδρῶν,
3. πολλοῖς δ' ἀπάτα κουφονόων ἐρώτων·

Stropha I.

1. Felix, cui vita malorum contigit nil.
2. Nam deo queis quassa domus, nihil umquam
3. Relliquum dirarum erit, usque propaginem urgens:
4. Velut marina flabra quum
5. Verberare Thracia
6. Spirantia graviter mare, tenebrae Orci atrae
7. Superfunduntur aequori imae,
8. Turbidumque funditus
9. Limum vomunt fremuntque litora icta.

Antistropha I.

1. Gentis mala Labdacidarum antiqua cerno,
2. Qui occidere, pressa malis geminatis,
3. Liberat nec progeniem genus, est deûm qui
4. Ruit, neque est piaculum.
5. Nunc enim ultima super
6. Diffusa erat lux subole in Oedipi domo:
7. Cruento rursus Inferorum
8. Pulvere ipsa sternitur
9. Vecordiaque, mentis ac furore.

Stropha II.

1. Tuam quisnam homo, Jupiter,
2. Vim ferox animi moretur?
3. Quam nec senio, qui domat omne, somnus,
4. Praecipitesque menses
5. Non capiunt: tempore non sene-
6. scens iubar usque Olympi
7. Tu nitidum tenes rex
8. Ita dehinc et in futurum
9. Sicut priu'. praesidî
10. Nihil ea aevo habet lex
11. Omni urbe valens, noxae ut agatur exsors.

Antistropha II.

1. Quippe spes vaga suavita-
2. tis fons saepe homini, sed orta est
3. Caecarum eadem saepe libidinum fraus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

4. εἰδότι δ' οὐδὲν ἕρπει
5. πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα τις προσαύ-
6. σῃ. σοφίᾳ γὰρ ἔκ του
7. κλεινὸν ἔπος πέφανται,
8. τὸ κακὸν δοκεῖν ποτ' ἐσθλὸν
9. τῷδ' ἔμμεν, ὅτῳ φρένας
10. θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν.
11. πράσσει δ' ὀλιγοστὸν χρόνον ἐκτὸς ἄτας.

ἐπῳδός.

1. ὅδε μὴν Αἵμων, παιδῶν τῶν σῶν
2. νέατον γέννημ'. ἆρ' ἀχνύμενος
3. τῆς μελλογάμου
4. τάλιδος ἥκει μόρον Ἀντιγόνης,
5. ἀπάτας λεχέων ὑπεραλγῶν;

BREVES NOTAE.

Stroph. I. v. 1. κακὰ quaenam sint intelligenda, planum fit quum ex aliis rebus tum ex eo quod versibus sequentibus dicitur. Nempe sunt, ut dicto Homeri (Odyss. ά 34) utar, ἄλγεα, οἷα ἄνθρωποι αὐτοὶ σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπέρμορον ἔχουσιν, calamitates, quas homines ipsi sibi conciliant nefarii vel stulti facinoris culpa, κακὰ τὰ ἐξ ἄτης vel ἀπάτης θεοῦ, quae etiam ipsae ἄται nominantur (v. 2). Ἄτη nimirum, cuius quidem fons et principium perversa hominum spes est (antistr. II.), deis tribuitur, non item hae calamitates ipsae (Odyss. ά. 33.). — ἄγευστος. cfr. Iliad. ώ vers. 526 — 538; ἀιὼν de vitae perpetuitate intelligendum est. — Sent: εὐδαίμονες οἷσι θεὸς ἄνατον κακῶν (Oed. Col. v. 786) ἔγευσε τὸν αἰῶνα (Herod. VII. 46). — Ceterum licuit hunc versum convertere: „Felix, cui non mala degustavit aevum", et retenta syllaba brevi in primo trochaeo: „Felix, cui non mala contigere vitam", illud tamen quod scripsi, praetuli etiam propterea quod „contingere granum, aquam", alia eiusmodi dicunt.

vss. 2 et 3. θεόθεν. a deo, divinitus i. e. numine dei et auctoritate, ut Aesch. Perss. v. 102. — οὐδὲν ἄτας ἐλλείπει quum idem sit quod πᾶσα ἄτη, πᾶν κακὸν πρόσεστιν, potuit sequi ἕρπον. — ἐπὶ πλῆθος γ. i. e. πόρρω γενεᾶς καὶ ἐπὶ πλεῖστον (Thucyd. I. 1.), nam πλῆθος etiam maiorem (Thucyd. I. 125) et maximam partem significat. Utrum possit usque ad expletam gentem significare, quamvis cognata verba id suadeant, dubito. De loco, quem Wunderus adhibuit ex Philoct. (v. 721.), vid. Ellendt. in lex. s. v. πλῆθος.

v. 5. οἶδμα obiectum est. Vid. idem ibid. s. v. ἔρεβος et ἐπιτρέχειν. *v. 6.* Denas syllabas breves non erat quod latino sermone imitarer, modo eandem verborum vim redderem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

4. Obrepit inscio prîus
5. Quam fera vestigia flamma lam-
6. bat. Sapientis ore est
7. Edita vox celebris,
8. Aliquando, quod malum, quoi
9. Caecare velit deûm
10. Quis animum, videri
11. Faustum. Atque agit is perbreve noxiae exsors.

Epodos.

1. En hic Haemo tua progenies
2. Novissima. Sollicitusne vicem
3. Desiderii,
4. Sponsae suae, adest huc, Antigonae,
5. Fraudes moerens Hymenaei?

Nec poëta ipse voluit, totidem in antistropha esse. Ac *vers. 9* primam primi iambi producere non dubitavi. Idem in Antistropha feci. — Cfr. Colum. VIII. 17. 1. pelagus assidue agitatur et ob imo fluctum revolvit in partem superiorem. Virg. Georg. V. 230. at ima exaestuat unda vorticibus, nigramque alte subiectat arenam. — Iliad. ψ′ 229. 230. — Oed. Col. v. 1250 et q. s.

Antistr. v. 1. 2. ἀρχαῖα idem fere quod ἐξ ἀρχῆς. Sic Aesch. Perss. v. 103. τὸ παλαιὸν pro ἐκ παλαιοῦ. Interpretantis animo obversabatur Sen. Oed. v. 131. „premiturque iuncto funere funus." — Geminatis dixi i. e. ingeminatis, ut Virg. geminare et ingeminare voces, ictus, et intransit. ingeminat clamor (es entſteht Geſchrei auf Geſchrei). Aen. V. 227. — Comparentur de sententia Senec. Herc. fur. vss. 205—8.

v. 6. ῥίζας. Aesch. Agam. 965. ῥίζης γὰρ οὔσης φυλλὰς ἵκετ' ἐς δόμους σκιὰν ὑπερτείνασα σειρίου κυνός. Sed recte videtur Schol. exposuisse ὅπερ ἔβλαστεν ἄνω τῆς ῥίζης, τὸ καταλειφθὲν ἀπὸ Οἰδίποδος βλάστημα, germen quod ab radice pullulavit, stirpem seu stirpes, quas ex sese domi reliquerat Oedipus. Ita fere radix oleagina apud Virg. Georg. II. 31. — Haec suboles, inquit, sese laeta sustulerat in luminis oras, expansa erat super ea lux. — Spectatur Antigona et Ismene, maxime vero illa. — φάος τέταται. Sic τέταται νύξ (Odyss. λ′. 19.), αἴγλη (Phil. 831), γαληναία (Oppian. Hal. I. 781.), πέπταται αἴθρη (Odyss. ζ′ 45). Conf. Antig. 528. —

v. 7. et 8. νίν. τὴν ῥίζαν, ut recte Schol.; refertur ad hoc tamquam ad subiectum logicum. Vid. Boeckh. — τῶν versum claudit non sine vi quadam, nam sic diutius et plenius sonans habet nescio quod lamentabile, quod Boeckhius non videtur sensisse. — καταμᾷ κόνις.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De asyndeto dixi ad vers. 332. (Stasim. I. v. 1.). — Sed videntur haec prope idem valere atque in Oedip. Col. v. 406 κατασκιάζει κόνις, tegit humus, ita tamen ut τυμβὸς χυτὸς assignificetur, nam est fere: κατασωρεύει, καταχωννύει κόνις, accumulat, obruit, tumulat pulvis. Cfr. Odyss. έ v. 482. ἐπαμήσατο, quod v. 487 ἐπεχεύατο, v. 490 καλύψατο. (ἐπεσώρευεν Sch.); Jl. ώ v. 165. καταμήσατο πολλὴν κόπρον, et quae habet Schol. ad Antig. v. 255: ἐπιβεβλημένη ἦν ἡ ἄμμος· τοῦτο δὲ ἐποίησεν ὁ Θάψας νόμου χάριν· οἱ γὰρ νεκρὸν ὁρῶντες ἄταφον καὶ μὴ ἐναμησάμενοι κόνιν e. q. s. r. — Interpretatus sum καταμᾶν verbo sternere, aptissimo, ni fallor, cui et tegendi et fere demetendi notio subiecta sit. — Ceterum possit κόνις etiam de Orco ipso intelligi, ut v. 891 τύμβος, v. 920 κατασκαφαὶ θανόντων, apud Aesch. Suppl. v. 25 θῆκαι; cfr. fragm. Amphiar. IV. 1. (781. d.) — Triclinii explicatio, quam sequutus est Hermannus, mihi quidem quaesita et parum simplex videtur. — De sententia cfr. etiam S. Electr. v. 764. 765. —

Stroph. II. v. 4. Quae scripsi, a Nevio erant proposita et verissima sunt, mea quidem sententia, habenda. De particularum οὔτε — τε οὐ inter se copulatione vid. Nevius ad vers. 763. Necessaria ea haud raro est, non modo a sententia vel voculatione commendatur. Ita apud Thucyd. I. 39. οὔτε γὰρ Λακεδαιμόνιοι —, τήν τε — οὐ χαλεπῶς — κρατοῦμεν.

v. 8. 9. Confer. Macrob. Satur. I. 20 inde a verbis: „sicut ait Hippocrates" usque ad verba: „πρότ' ἐόντα." — ἔπειτα i. e. τὰ ἐπὶ τούτοις. (Aesch. Agam. 230) adv. omnium temporum est, lat. dehinc, posthac, nostrum: ſodann, von da, nun an. Significat autem tempus aliud tempus subsequens, ita tamen ut hoc una comprehendatur, nisi ipsum iam significatum est. Ita apud Thucyd. libr. II. c. 64 legitur: ἡ δὲ παραυτίκα τε λαμπρότης καὶ ἐς τὸ ἔπειτα δόξα, ubi verbo παραυτίκα praes. temporis punctum, verbo ἔπειτα tempus futur., idque cum illo cohaerens et subsequens exprimitur. (Sequuntur verba: ἔς τε τὸ μέλλον καλὸν προγνόντες, ἔς τε τὸ αὐτίκα μὴ αἰσχρόν). Aliter apud eundem libr. I. c. 10 τοῖς ἔπειτα. Ibi refertur ad tempus futurum et quum non alia temporis significatio addita sit, idem valet quod τοῖς τότε καὶ ἔπειτα (ὕστερον). Eodem modo h. l., ubi ad tempus praesens refertur, notatur: νῦν καὶ ἔπειτα. Sic Aiac. v. 84 πάντα γὰρ τά τ'οὖν πάρος, τά τ' εἰςέπειτα σῇ κυβερνῶμαι χερί, ſonſt und fortan, i. e. καὶ πρότερον καὶ νῦν καὶ ἔπειτα (ὕστερον). Coniunctum cum verbis καὶ τὸ μέλλον καὶ τὸ πρὶν est: nunc et post et semper ut olim, atque respondet nostro: von nun an bis in Ewigkeit, wie vordem. Valent autem haec fere idem quod τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον ὁμοίως καὶ τὸ πρίν. Cfr. S. Electr. v. 676. θανόντ' Ὀρέστην νῦν τε καὶ τότ' ἐννέπω, nunc ut tunc, nunc pariter atque tunc, et ibid. v. 907. νῦν θ' ὁμοίως καὶ τότ' ἐξεπίσταμαι. — Vid. praeterea, quae supra de copulatis ποτὲ μέν — ἄλλοτε (δὲ) dixi. — Verbum in eiusmodi enuntiatis ad id solum quod praesens est se accommodat, non ad futurum vel praeteritum, ex quo in Praesenti effertur. Cfr. etiam Demosth. de Coron. p. 236. §. 32. ὑπὲρ οὗ καὶ τότε καὶ νῦν καὶ ἀεὶ ὁμολογῶ πολεμεῖν, ibid. §. 52 et Thucyd. I. 86. — Iam vero haud concinne mihi videntur haec verba cum sequentibus iungi, et durissimum est sine dubio, si non falsum, futurum ἐπαρκέσει verbis τὸ πρὶν proxime subiectum, nec tamen cum eis constructum. Contra perbene

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cum verbis antecedentibus coniunguntur, cumque supra dictum sit, Iovis vim s. potentiam nec somno nec tempore capi vel devinciri, i. e. eam neque ullum tempus quiescere et interrumpi, neque umquam cessare et desinere esse, verba τό τ' ἔπειτα, quibus quod est continuum et sine intermissione perrectum significatur, ad illud spectant, ad hoc rursus verba καὶ τὸ μέλλον, quae tempus fut. infinitum (in omne aevum.) declarant. Accedit, quod incisio post verba τὸ πρίν, qualis est etiam, quamquam levior, in antistrophe, aurium iudicio commendatur et admirabilem quandam vim habet. — Sententiarum huius strophae ordo quum videretur hic esse: οὐκ ἔστιν ἀνθρώπων ὅστις τὴν σὴν δύνασιν, ὦ Ζεῦ, κατάσχοι, (qui ad hoc aspirare (cogitatione) possit, ut cohibeat cfr. Il. V. 407.) ἦν οὔτε ὕπνος αἱρεῖ οὔτε χρόνος, ἦν δὲ ἀγήρως χρόνῳ ἔχων, Ὀλύμπου αἴγλαν κατέχεις, olim existimavi, δύνασιν tamquam notionem primariam, per totam verborum complexionem pertinentem, pertinere etiam ad verba sequentia, et in hunc modum ea construenda esse duxi: τό τ' ἴπειτα καὶ τὸ μέλλον καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει. (sc. ἡ δύνασις Διός — durabit, valebit in omne aevum, αὐτάρκης ἔσται.) νόμος ὅδ' (sc. ἐστίν) οὐδὲν ἕρπει (ἡ δύνασις) θνατῶν βιότῳ πάμπολις ἔκτος ἄτας. (lex haecce est: Numquam accedit Iovis potentia vitae mortalium s. mortalibus dum in vita sunt, per omnes civitates florens ac vigens, sine noxa et pernicie, sine calamitate, sc. cum accedit). — Postea quum vidissem, verba τό τ' ἔπειτα — τὸ πρὶν rectius cum superioribus coniungi, cetera hoc modo componere placuit: ἐπαρκέσει νόμος ὅδ'. οὐδὲν ἕρπει e. q. s. r. (Valebit haecce lex: neutiquam accedit Iovis potentia omnipotens vitae hominum — sc. cum accedit — sine calamitate.) — Nunc vero me multa moverunt, non modo de ista verbi ἐπαρκέσει significatione dubitatio, ut aliam viam inirem, qua possem ad planam atque sanam sententiam pervenire. Non tamen eam potui, quam Winiewski persequutus est, quandoquidem ne verum quidem est, unum e scholiastis vel legisse vel coniecisse ἕρπων. Imo, quod sole clarius est, ante oculos habuerunt Scholiastae, nisi utrumque, et ἕρπειν et ἕρπει, horum alterutrum; nam aut illud ab eis explicatur infinitivis φεύγειν, προσάγειν et ζῇν, aut hoc finitivis ἔστιν, ἔχει, et quod exstat: πάμπολις, ὁ κατὰ πᾶσαν πόλιν ἕρπων νόμος, respicitur hoc scholio verbum ἕρπει vel ἕρπειν, ex quo ἕρπων ad definiendam vocem πάμπολις, quod pro πάμπολις ὤν dictum Schol. intellexerat, assumptum est, ita ut ἕρπων plenius et accuratius pro ὤν dixerit. Praeterea illud: „lex accedens vitae hominum", quum δύνασις ipsa quidem accedat et hanc accedentem poëta cogitaverit, ut ex verbo κατάσχοι apparet, habet nescio quid incommodi, non modo durum est. Itaque arbitratus sum, negationem οὐδὲν, quae ne possit quidem ad infinitivum ἕρπειν pertinere, qui μηδὲν postulet, cum verbo ἐπαρκέσει esse iungendam, huius autem ipsius significationem esse malum prohibendi et tuendi (Aiac. v. 353). Certe eadem ei in schol. tribuitur illo: δυνάμενον βοηθεῖν, βοήθειαν προσάγειν. Iam vero construenda mihi videntur verba in hunc modum: νόμος ὅδε οὐδὲν ἐπαρκέσει θνατῶν βιότῳ πάμπολις (ὤν, ὥστε) ἕρπειν (αὐτὸν) ἐκτὸς ἄτας. Sic dictum est v. 96. πείσομαι γὰρ οὐ τοσοῦτον οὐδέν, ὥστε μὴ οὐ καλῶς θανεῖν, et negatio post suum verbum posita iterum mox v. 618. — Haec lex, inquit, praesidio non erit vitae mortalium, quamvis per omnes civitates valens, ad vadendum s. procedendum, elabendum sine calamitate, — οὐκ ἐπαρκέσει τὴν ἄτην ὁ νόμος, ut Homerus diceret,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vel οὐκ ἐπαλεξήσει κακῇ ἄτῃ, ut est apud Nicandr. Th. 352, non opem feret, non erit ἐπάρκεσις (Oedip. Col. v. 447), ἔπαλξις propugnaculum et arx adversus calamitatem (Cic. Cluent. 57. constituere praesidia defensionis in arce legis). Cfr. Xenoph. hist. gr. II. 3. 53. οὐκ ἀγνοῶ, ὅτι οὐδέν μοι ἀρκέσει ὅδε ὁ βωμός, non mihi arcem et praesidium fore. — Non dubito quin istud: „haec lex non arx erit s. non opitulabitur" ironice vel amare dictum sit similiter atque illud quod apud Hom. exstat Jliad. β' v. 393. οὐ οἱ ἔπειτα Ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν κυνὰς ἠδ' οἰωνούς, a Buttmanno bene explicatum in lexilogo II. p. 36: er wird ſich nicht darauf verlaſſen können, zu entgehen; (ἄρκιον a voce ἄρκος praesidium, remedium, Heil-, Hilfs-, Aushunftsmittel, Buttm.: Aushelfer cfr. Thucyd. II. 47. οὔτε γὰρ ἰατροὶ ἤρκουν, non ferebant opem et salutem, Aeschyl. Agam. v. 1170. ἄκος δ' οὐδὲν ἐπήρκεσεν). Ac forsitan eum ipsum in hoc imitatus sit poëta φιλόμηρος, a cuius dignitate ironiam minime esse alienam nemo nescit. Hoc adeo genus dicendi: οὐκ ἤρκεσεν, ἐπήρκεσεν, ἔχραισμε, saepissime apud Homerum habet aliquid amari et acerbi. Proinde tu cogita: haec lex non opem feret, imo contra stabit et attentabit vitam mortalium, ὥςε πρὸς ἄτην ἄγεσθαι, ἄτῃ ἐνδεῖσθαι (v. 624. Jliad. β' 111). Sed ista quaenam lex est? Haud dubie quae cernitur in Iovis potentia invicta et nullo tempore labefactanda, ad quam omnia, quae fiunt, revocantur, etiam errores humanae mentis referuntur: „adeo nihil in rebus humanis sine gubernatione et imperio dei". (Dunc. lexic. s. v. ἄτη). Cfr. Oed. Reg. v. 903 et seq. — Haec vero lex, in omni aeternitate rata et immutabilis sicut ipsum Iovis imperium, vocatur πάμπολις, valens per omnes civitates; sed tametsi valentissima est, inquit, tamen non tuebitur vitam mortalium sive mortales, dum in vita sunt, ubicumque ii sunt gentium vel civitatum, non a calamitate defendet, imo vero in discrimen vocabit, — quamquam id ipsum et est et habetur legum omnium, quae in civitatibus valent, civibus tutelae ac praesidio esse. — Bene autem poëta de mea sententia verba disposuit, ut ἀμφίπολις et in illustriore loco collocaret et pone ac propter verba θνατῶν βιότῳ, quippe quae non solum ad ἐπαρκέσει, sed etiam ad hoc ipsum sint referenda; nam vitae mortalium valet ea lex inque eam vim suam exserit. Qua de re etiam dativo, non accusativo usus est poëta. — Similis collocatio adiectivi παλίντονα vid. in Trach. v. 511 ὁ δὲ Βακχείας ἀπὸ ἦλθε παλίντονα Θήβας τόξα — τινάσσων. — Si cui durius videatur infinitivi ἕρπειν subiectum non esse ὁ νόμος, sed βιοτόν, is velim legat vel unum locum Eurip. Heracl. v. 1619, ubi contra ὅδε subiectum infinitivi ζῆν (i. e. ὥστε ζῆν) est, quaeretur tamen a legentibus in vocabulo πόλιν. — De sententia denique comparentur etiam Trach. vss. 125 — 128. ἀνάλγητα γὰρ οὐδ' ὁ πάντα κραίνων βασιλεὺς ἐπέβαλε θνατοῖς Κρονίδας. — Ceterum θνατῶν βιότῳ interpretatus sum nomine aevo, quum hoc unum per metrum liceret, atque haud raro de genere humano ipso sive de hominibus tempore quoque viventibus a poëtis usurpetur.

Antistr. II. v. 5. προςαύσῃ verbum aptissimum praetuli isti προςαύρῃ, quod coniectura nititur. Explicationis gratia cfr. Antiph. p. 114. 27. οἱ ἐπιβουλευόμενοι οὐδὲν ἴσασι πρὶν ἐν αὐτῷ ᾠσι τῷ κακῷγε ἤδη καὶ γινώσκωσιν, et ibid. p. 113. 28. — Euripid. Heracl. v. 109. — *v. 7.* Ultima brevis in voce celebris excusabitur, credo. — *vss. 8 — 10.* cfr. Aesch. Perss. 93 — 102. —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ΣΤΑΣΙΜΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

Χορός.

(τριὰς ἐπῳδική.)

στροφή, ἀντιστροφή.

verss. 781 — 800.

1.	v —́ v — , —́ vv —	choriamb. dimet. acat.
2.	v —́ v — , —́ vv —	idem.
3.	—́ v , —́ vv — , v —	glyconeus.
4.	—́ v , — vv —́ , v —́ —	idem hypercat.
5.	— —́ v — , —́ vv — , —́ vv — , —́ —	choriamb. tetram. brachyc.
6.	—́ — , —́ vv — , ⏑́⏑ vv — , —́ —	choriamb. trimet. brachyc. cum basi.
7.	—́ vv — , v —́ —	choriamb. dimeter catal.
8.	—́ vv — , v —́ —	idem.

v. 1. et 2. maxime cognati cum glyconeis v. 3. et 4., quorum forma frequentissima sit: v̄ —́ —́ v̄ —́ vv — , ut v. 102. — Arcte cohaerent *vss. 2., 3., 4.;* non item cum his, ut Wundero placuit, v. 1. — *vss. 6., 7., 8.* coniuncti et inter se, ut alter alterum excipiat, et ita conglutinati, ut unum metrum efficiant, simillime atque in stasimo II. strophae et antist. vss. 5., 6. et 7. — *vss. 7. et 8.* tales quales ibid. vss. 4., 6. et 7., cognatique pherecrateo formae satis usitatae: —́ vv — v̄ — v̄.

ἐπῳδός.

(σύστημα ἀναπαιστικόν.)

verss. 801 — 805.

1.	— —́ — — — — — —	anapaest. dimetr. acat.
2.	— —́ vv — vv — — —	
3.	— v́v — — vv — vv —	
4.	— —́ — — vv — vv —	
5.	— —́ vv — vv — ⏑̄	paroemiacus.

στροφή.

1. Ἔρως ἀνίκατε μάχαν·
2. Ἔρως, ὃς ἐν κτήμασι πί-
3. πτεις, ὃς ἐν μαλακαῖς παραι-
4. αῖς νεάνιδος ἐννυχεύεις·
5. φοιτᾷς δ' ὑπερπόντιος, ἔν τ' ἀγρονόμοις αὐλαῖς·
6. καί σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδεὶς οὔθ'
7. ἁμερίων ἐπ' ἀνθρώ-
8. πων· ὁ δ' ἔχων μέμηνεν.

ἀντιστροφή.

1. σὺ καὶ δικαίων ἀδίκους
2. φρένας παρασπᾷς ἐπὶ λώ-
3. βᾳ· σὺ καὶ τόδε νεῖκος ἀν-
4. δρῶν ξύναιμον ἔχεις ταράξας·
5. νικᾷ δ' ἐναργὴς βλεφάρων ἵμερος εὐλέκτρου
6. νυμφᾶς, τῶν μεγάλων πάρεδρος ἐν ἀρχαῖς θε-
7. σμῶν· ἄμαχος γὰρ ἐμπαί-
8. ζει θεὸς Ἀφροδίτα.

ἐπῳδός.

1. νῦν δ' ἤδη 'γὼ καὐτὸς θεσμῶν
2. ἔξω φέρομαι τάδ' ὁρῶν, ἴσχειν δ'
3. οὐκ ἔτι πηγὰς δύναμαι δακρύων,
4. τὰν παγκοίταν ὅθ' ὁρῶ θάλαμον
5. τήνδ' Ἀντιγόνην ἀνύτουσαν.

Stropha.

1. Cupido pugna indomite:
2. Cupido, qui mancipiis
3. Involas Deus, in genis
4. Qui excubas teneris puellae:
5. Grassaris et trans mare et in rurigenûm villis:
6. Ac te Coelicolûm nec fugit ullus, nec
7. Terrigenûm brevis vi-
8. tae: furuitque habens te.

Antistropha.

1. Vel improba ad facta rapis
2. Probos virûm non sine la-
3. bi: nec est tibi non ea ac-
4. censa sanguine rixa iunctis:
5. Vicitque sponsae peramoenae nitor effulgens
6. Blandus lumine, summi imperii una prae-
7. ses: dea nam Venus lu-
8. dit superata numquam.

Epodos.

1. Nunc ipse egomet cernens isthaec
2. Ultra imperium rapior, lacrumas
3. Nec queo iam fonte tenere suo,
4. Quum specto hanc Antigonam ad thalamum,
5. Cunctos qui sopit, euntem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

BREVES NOTAE.

v. 1. Argumentum carminis invictus Amor est. Enuntiatur hoc versu 1., ut is quasi thema complectatur, quod poëta sibi pertractandum proposuit. Constat antem illud dei ἀνίκητον et cernitur in eo, quod deus ἀκαμαντοχάρμης quidquid aggreditur, ei succumbit et certissima praeda est, tum quod nihil non aggreditur et corripit, denique quod quidquid correptum et captum ab eo est, captum tenetur nec aufugere potest. — Nam vinceretur Amor, si quis eius vim vi posset opprimere seque ab eo liberare. — Ἔρως. De hac apostrophe vid. Bernhardy in libro: Wiſſenſch. Synt. p. 74. additam., et conf. v. 1115., Oed. Col. v. 712. — ἀνίκατε indomite. Primo scripseram: „Amor duello indomitus", nunc illud praetuli, ultimamque et verbi et versus non haesitans produxi. — Confer. Anthol. V. 14. Ἔρως δυσνίκητε.

vss. 2. 3. 4. Olim me tenuerat opinio, verbum κτήμασι esse corruptum et scribendum δώμασι, sicuti apud Aesch. Agam. v. 1469 legitur: δαῖμον, ὃς ἐμπιτνεῖς δώμασι. (cfr. Odyss. β'. 45., ὁ. 375); post, ea deposita, Hermanni, Passovii aliorumque sententiam amplectebar, qui κτήματα opulentos, divites vel potentes significare rati sunt, recessi tamen ab illis eo ut crederem, potentes poëta si significare voluerit, oppositionem quam vocant, esse, verborum proxime sequentium, et dicere eum, Amorem tam potentem esse, ut potentes adoriatur et tam tenerum ac delicatum, ut „pulchris virginum excubat in genis", sin divites et potentes, in mente eum habuisse illum Amorem sive Cupidinem, qui Mercurio natus dicitur (Cic. de nat. deor. III. 23) et cogitasse similia illis quae expressit Seneca Hippol. vss. 203 — 214: „quisquis secundis rebus exsultat nimis, fluitque luxu semper insolita appetens: hunc illa magnae dira fortunae comes subit libido, et q. s. r." — nempe hoc, communem esse divitum et pauperum Amorem, ab eoque furere utrosque, vehementiorem tamen illorum esse furorem, accedere eum ad hos, (φοιτᾷς ἐν ἀγρονόμοις αὐλαῖς) irruere in illos (ἐν κτήμασι πίπτεις). — Nunc persuasum habeo, verum vidisse Reisigium et, qui eum sequutus est, Wexium, et significare poëtam verbo κτήμασι voluisse nihil aliud quam Amori mancipatos. Quod ut demonstrem, singillatim potius quam universe, quae huc pertinent, exsequenda sunt. — Ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις. propr. qui involas in possessiones (Cic. de Orat. III. 31), in mancipia (Ovid. P. IV. 5. 40) — mancipiis verti, quo graeco propius accederem. — Hoc non potest significare: „involas in mancipia tua, quae tua sunt", nam caret verbum articulo, recte tamen, ut Wexius opinatus est, per anticipationem quandam intelligi hoc modo: qui involas ita ut mancipia tua fiant, in quos involas, quasi ὃς πίπτεις ἐν οἷς κέκτησαι, pro eo quod consuerunt ὃς κέκτησαι ἐν οἷς πίπτεις s. ἐν οἷς ἂν πίπτῃς. Sic Oedip. Col. v. 1106 αἰτεῖς ἃ τεύξει i. e. τεύξει ἃ αἰτεῖς, ac nostro loco simillime Xenoph. Cyrop. IV. 2. 21. ἡττημένοι τε γὰρ ὄψονται ἡμᾶς καὶ — κατειλημμένοι ἔσονται. i. e. ἡνίκ' ἂν ἴδωσι s. ὁρῶσιν, ἡττηθήσονται s ἡττημένοι ἔσονται. Non aliter h. l. ὃς ἐν ἡττημένοις καὶ κατειλημμένοις s. κεκτημένοις (pass.) πίπτεις. Κτῆμα enim τοῦ Ἔρωτος est ὅστις ἥττηται καὶ ἔχεται αὐτῷ et fere αἰχμάλωτος καὶ ἀνδράποδον. Nimirum de Amore bellatore agitur, de Martis filio (Cic. de nat. d. III. 23). Simi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

liter v. 756 γυναικὸς δούλευμα dictum est, ac potest nostrum: ein vom böſen Geiſte Beſeſſener comparari. Itaque verto: Auf Beſeſſene ſtürmſt du ein, vel: deine Gefangene, Sklaven ſind, auf die du einſtürmſt. Anticipationis autem huius vis ea est, ut declaretur, facilis quam sit et celeriter reportata Amoris victoria, quasi ὃς ἅμα τε ἐμπίπτει καὶ κέκτηται, κεκτημένα καὶ ἀνδράποδα ἔχει, qui ut venit ut vicit ut habet. — Ex quo primo interpretatus eram: „qui ut involas, mancipia o — mnes trahis deus, excubans — in genis teneris puellae“, nunc ad graeca magis accommodavi. — Cfr. Lucian. dial. deor. VI. 4. συγγνωστοὶ οὖν, εἰ ἐπεθύμησαν ἀπολαῦσαι, Ἔρωτι ἁλόντες· ὁ δὲ Ἔρως βίαιόν τί ἐστι καὶ οὐκ ἀνθρώπων μόνον ἄρχει, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν αὐτῶν (θεῶν) ἐνίοτε. — Ἡρ· — Σοῦ μὲν γὰρ πάννγε οὗτος δεσπότης ἐστὶ καὶ ἄγει καὶ φέρει καὶ ὅλως σὺ κτῆμα καὶ παιδιὰ τοῦ Ἔρωτος. (ubi Suid. κτῆμα καὶ ἐπὶ οἰκέτου). — — πίπτειν ἐν (Aias 375., Anthol. II. 15.) vel ἐμπίπτειν vocabulum militare, ut Jliad. π′ 276., ώ 525., cfr. Achill. Tat. I. 9. ὅλος ἐμοὶ προςέπεσεν Ἔρως. (Hor. Carm. I. 19. 9. in quem tota ruit Venus.), Heliod. I. 17. Ἔρως ἐνέσκηψεν, Eurip. Hippol. 527. οἷς Ἔρως ἐπιστρατεύσῃ, ibid. 1265. Θέλγει δ' Ἔρως, ᾧ μαινομένᾳ κραδίᾳ πτανὸς ἐφορμάσῃ. — Ὅς — ὃς anaphora non qualis esse solet et qualis est fere Phil. vss. 662 — 665., sed alterum enuntiatum (ὃς — ἐννυχεύεις) est potius priori subiectum atque ex eo aptum quodammodo, ἀναφορικῶς tamen elatum propter oppositum qui est verborum ἐμπίπτειν et ἐννυχεύειν, omnino ferociae ac violenti et lenitatis ac mollitudinis, quae poëta adumbrare voluit non modo forma metri sed etiam dicendi. Nam quis non sentit, sonare etiam aliter duo priores, aliter duo qui sequuntur versus? — quam differentiam praeter versus primi exitum, in quo simul metrum claditur, vehementius illud in ultima per accentum sonans πίπτεις alterius v. et levis in tertio et quarto versu verborum concursus una cum hypercatalectici clausula molli ac leniter tracta maxime effecit. Alterum autem pronomen ὃς non pari vi esse quam alterum, rhythmicos certe non fugiet. — Simillimus nostri loci est qui legitur Phil. vss. 396 — 398., ne sententia quidem prioris membri dissimili, ut ὅτε alterum ibi alteri subiunctum ex eo quodammodo pendeat, ac possun comparari etiam Oed. Reg. vss. 865 — 867, ubi ὧν alterum ad λόγων ἔργωντε, alterum ad νόμοι sit referendum. — Scilicet dicit semel: Ἔρως ἐμπίπτεις καίπερ ἐννυχεύων ἐν μαλ. παρ. νεάνιδος καὶ πραὺς καὶ εἰρηνικὸς δοκῶν πεφυκέναι, deinde: καὶ κτήματά σού ἐστιν, ὅτῳ ἂν ἐμπίπτῃς, ἅτε ἐννυχεύοντος ἐκεῖ, ὡς ἐν τόπῳ, ὁπόθεν οὐκ ἄν τις ἐπιδρομὴν προςεδόκησεν. — ἐννυχεύεις i. q. ἐννυκτερεύεις καὶ σταθμεύεις, item verbum militare, de Amore, qui veluti excubitor vel insidiator vigilat; ἐν παρειαῖς — ὥσπερ ἐν λόχῳ τὸ νυκτέρευμα ἔχει, νυκτερευτὴς ὤν, subsidit promptus paratusque ad erumpendum inde tamquam ex insidiis et ad impetus suos faciendos, ut feriat capiatque animos. Cfr. Hor. Carm. IV. 13. 7. (Amor) Chiae pulchris excubat in genis., Senec. Thyest. v. 570. — Potuit poëta sicuti Pindar. Nem. VIII. 2. de Venere: ἅτε παρθενηίοις παίδων τ' ἐφίζοισα βλεφάροις (Jliad. κ′ v. 26., 91.) etiam ἐν βλεφάροις dicere, nam utroque nomine os (facies) maxime notatur, tamquam pulcherrima corporis humani pars, sed h. l. accommodatius ad verbum ἐννυχεύειν et exquisitius genas nominavit, quippe quae erubescentes primum signum et documentum sint amoris efflorescentis. Nec contra dicam, si

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quis Amorem veluti in genarum lacunis (ἐν γελασίνοις) excubantem ac latitantem cogitaverit. Quod scribit Plut. in Amator. c. 17. σκόπει τοίνυν αὖθις, τοῖς ἀρηΐοις ἔργοις ὅσον Ἔρως περίεστιν, οὐκ ἀργὸς ὤν, ὡς Εὐριπίδης ἔλεγεν, οὐδὲ ἀστράτευτος, οὐδ' Ἐν μαλακαῖσιν ἐννυχεύων παρειαῖς νεανίδων, verbis his Sophocleis usus, accepit ea quidem ut ipsi commodum erat, sed non potest dubitari, quin verbis οὐδ' ἀστράτευτος (i. e. bellicosissimus et pugnacissimus) versum secundum, sicuti verbis τοῖς ἀρηΐοις ἔργοις περίεστι versum primum respexerit, quum tertium et quartum afferret, dumtaxat adversa quae sunt versus 2. et 3. universe significaverit. Quocirca non metuo, ne mea haec sententiae explanatio illis verbis infirmetur, imo quin confirmetur. Ceterum cfr. etiam Anthol. I. 55. —

vss. 5. 6. 7. Iam quum dixisset poëta: Ἔρως πάντας δουλαγωγεῖ, ὅτῳ ἂν ἐμπίπτῃ καὶ μάχηται, transit ad alteram sententiae partem (verbis φοιτᾷς δὲ c.) hancce: Οὐδένες, οὐδ' οἱ ἀθάνατοι, μήτι γε δὴ οἱ ἄνθρωποι, (ἀμέριοι) θνητοὶ καὶ ἀσθενεῖς πεφυκότες, οἱοίτε ἐκφεύγειν αὐτὸν ἢ ἀποδιδράσκειν, ὅπου ἂν ὦσιν, ἢ ὅποι ἂν φεύγωσιν, ἐάντε κατὰ θάλατταν ἐάν τε κατὰ γῆν. — Bene componetur cum his Eurip. Hippol. v. 1262. ποτᾶται (Ἔρως) δ' ἐπὶ γαῖαν, εὐάχητόν θ' ἁλμυρὸν ἐπὶ πόντον. — φοιτᾷς δὲ — καί σε i. q. ὃς δὲ φοιτᾷς, καὶ ὃν φύξιμος σὺ δεῖς, genus dicendi satis frequens (v. 814., 1115 — 26.) Totius igitur sententiae informatio, brevi circumscripta, haec est: Σὲ φωνῶ Ἔρως ἀνίκητε μάχην, ἐν κτήμασι μὲν πίπτων, ἐξ ὧν ἐννυχεύεις παρειῶν νεάνιδος, φοιτῶν δὲ ὑπὲρ πόντον — καὶ ἄφυκτε καὶ ἀδιάδραστε πάντων καὶ θεῶν καὶ θνητῶν. Singula persequi et huius partis et antistrophae iam non est propter temporis angustias concessum. Paucula tamen adspergam: φύξιμος i. q. φεύξιμος, non modo qui aufugit, aufugere potest (Matth. §. 109. XII.), ut h. l., sed etiam ut Plut. περὶ δεισιδαιμ. p. 166. φεύξιμος βωμός, ara, quo confugiunt, unde τὸ φύξιμον i. q. ἄσυλον· Poll. I. 10 εἰ δὲ καὶ ἄσυλόν τι εἴη, τοῦτο καὶ κρησφύγετον λέγε καὶ φύξιμον·, denique quem effugiunt, ut φύξιμος ὁδμή. (vid. Erf.) Recte Poppo (ad Thucyd.) observavit eiusmodi adiectivorum usum, quae non nisi cum verbo substantivo iuncta cum accusativo construuntur: φύξιμος sc. ἐστίν i. q. φεύγει. — ἀμερίων vid. Valcken. ad Eurip. Phoen. 1515. cito pereuntes, breves (Aias 398.) i. e. ἐφημέριοι. — ἐπ' ἀνθρώπων. recte Ellendt.: non abundat ἐπί, inquit, sed significatur: „quantum hominum genus propagatum extenditur.“ Accedit ita genitivus ad accusativi informationem eam, qua universus rei ambitus exprimitur, ut Hom. Jl. κ' 213 μέγα κλέος πάντας ἐπ' ἀνθρώπους. ώ 535. Signif. igitur: per omnes homines, omnium hominum. Conf. διὰ c. genit. Pind. Isthm. 4, 64. et c. acc. Oed. Reg. v. 866. Vid. etiam Nevius ad. h. l. Parum recte et Iacobs. ad Del. Epigr. p. 288, et Matth. in Gramm. §. 584. 2. a. α. et Herm. in praefat. pag. XXVIII., quorum primo abundare praepositio, alteri inter, tertio in aetate significare visa est. —

Antistr. vss. 2. 3. 4. παρασπᾷς, scilicet διὰ τὴν ἐρωτικὴν μανίαν (Lucian. dea Syr. c. 21) — fortius quam usitatissimum illud παράγεις (v. 294). — Conf. Eurip. Med. 624 ss., Senec. Hippol. 178: „furor cogit sequi peiora: vadit animus in praeceps sciens, remeatque frustra sana consilia appetens et q. s.“ — ἐπὶ λώβᾳ non sine labi (abl. pro labe Lucr.) i. e. ὥστε λώβην εἶναι Eurip. Hec. 647. ἐπ' ἐμῶν μελάθρων λώβᾳ. Jl. γ'. 42. — σὺ καὶ — σὺ καί

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fere uti in Stropha ὃς ἐν — ὃς ἐν, nec hoc fortuito. — νεῖκος ξύναιμον. Oed. Col. 942. ζῆλος ξυναίμων., Eurip. Phoen. 845. ξύναιμον λέχος, et ita saepe. —

v. 5. ἵμερος, is qui sicuti etiam πόθος Amoris comes est. cfr. Pausan. I. 34. 6. (Jl. ξ' 198. 216.). Non dissimile Eurip. Bacch. 217, ὅσσοις χάριτας Ἀφροδίτης ἔχων. — aliter Med. v. 632. — εὐλέκτρου — sic et εὐλεχὴς persaepe Venus ipsa nuncupatur, ut Trach. 515., Anthol. I. 45., V. 95.; componatur αἰνόλεκτρος Πάρις Aesch. Agam. v. 687. —

v. 7. 8. ἄμαχος γὰρ ἐμπαίζει Wunderus, ll.: „insultat"; cur non illudit? — Sic propr. Eurip. Bacch. 822. ὡς νεβρὸς χλοεραῖς ἐμπαίζουσα λείμακος ἡδοναῖς, cum potestate lasciviendi; προσπαίζων Anth. V. 54. — Sent.: παιδιὰ γὰρ πᾶς τις Ἀφροδίτης γίγνεται, ἀμάχου οὔσης. Cfr. Luciani dictum, supra ad v. 2. stroph. allatum. —

Epod. vss. 1—3. ἔξω φέρομαι. Eodem modo Isocrat.: αἰσθάνομαι δ' ἐμαυτὸν ἔξω φερόμενον τῶν καιρῶν. Eurip. Alcest. 1080. ἀλλ' ἔρως τίς μ' ἐξάγει. Soph. Electr. 628., Trach. 1189., Phil. 904. — δεσμῶν interpretatus sum „imperium", ut ad verba antistr. vers. 6. quadret. Sed non sunt iussa regia intelligenda, ut Ellendtio placuit, potius leges quas sibi ipse chorus, cuncta ad decora componens, statuit. Ergo dicit: ultra quam honestum decorumque est, abripior. — οὐ δύναμαι πηγὰς δακρ. ἴσχειν — cfr. Trach. 852. ἔῤῥωγεν παγὰ δακρύων. —

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf